Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



88

accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus
suas. et eleuatis oculis in celum ad te d̃m pa
trem suum omnipotentem tibi gratias agens. Bene
dixit. Fregit deditque discipulis suis dicens.
Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc enim
corpus meum. Similiter modo postea quam cena
tum est. accipiens et hunc pclarum Calicem
in sanctas ac uenerabiles manus suas. Item
tibi gratias agens. Benedixit deditque discipulis
suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes.
Hic est enim Calix sanguinis mei noui et eterni
testamenti. mysterium fidei. qui pro uobis et pro multis
effundetur in remissionem peccatorum. Hec
quotiens cumque feceritis in mea memoriam facie
tis. Unde et memores d̃ne nos tui serui. sed
et plebs tua sancta xpi filii tui d̃ni di nri. tam
beate passionis. necnon et ab inferis resurrectio
nis. sed et in celos gloriose ascensionis. offe
rimus pclare maiestati tue de tuis donis
ac datis. Hostiam puram. Hostiam sanctam.
Hostiam immaculatam. Panem sanctum uite eterne.
Calicem salutis perpetue. Super quae